Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale cisterciense - Kl. L. Archiv 1

[Elsaß], [13. Jahrh.]

Votivmesen

urn:nbn:de:bsz:31-95288

Visual Library

ad maie glam // maiam sctificans // maiam gubernans // maiam
coranans Jhu xpe

hic inseruit ipso. Et pote
statem dedit ei iudicium
facere. quia filius hominis est
Nolite mirari hoc. quia
veniet hora in qua omnes
qui in monumentis sunt
audient vocem eius. Et
procedent qui bona fecerunt
in resurrectionem vite
qui vero mala fecerunt
egerunt in resurrectionem iudicii
Contra cogitationes perversas
Deus cui omne cor pa
tet et omnis voluntas
loquitur et quem nullum latet
secretum purifica per infu
sionem sancti spiritus cogitationes
cordis nostri. ut te perfecte
diligere et digne laudare
mereamur per eidem Sec
Hec oblatio quesumus domi
ne cordis nostri ma
culas emundet ut spiritus
sancti digna efficiatur habita
tio per eiusdem Post co
Concede quesumus omnipotens deus
sancti nos spiritui votis
promereri sedulis. quatinus
eius gratia ab omnibus libe
remur. temptationibus et pec
catorum nostrorum indulgentiam
percipere mereamur. per dominum
n. eiusdem spiritus. Istis die
bus dicitur. Gloria in excel
sis. et ite missa est.

videlicet in virgine pasche
et pentecostes. et omnibus
dominicis diebus et sollempni
tatibus. xii. lectionum ex
adventum et septuagesi
mam et quadragesimam
et per totam septimam natiuitatis do
pasche et pentecostes et per octa
uam assumptionis et natiuitatis beate virginis
quando de ipsa celebratur et omnibus
sabbatis vacantibus cum
de eadem virgine celebratur
excipiuntur ab hac lege mul
le leuiniorum que dominica
non eueniunt
Gloria in excelsis deo
Et in terra pax hominibus
bone voluntatis laudamus
te. benedicimus te. ado
ramus te. glorificamus
te gratias agimus tibi propter
magnam tuam gloriam. Domine
deus rex celestis deus pater
omnipotens. Domine fili unige
nite ihesu xpe. Domine deus
agnus dei filius patris
qui tollis peccata mundi
miserere nobis. Qui
tollis peccata mundi susci
pe deprecationem nostram
Qui sedes ad dexteram
patris miserere nobis
Quoniam tu solus sanctus
tu solus dominus. tu solus
altissimus ihesu xpe cum